Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



michi tribuat ut scribantur sermones mei·
quis michi det ut exarentur in libro stilo fer
reo et plumbi lamina· uel ~~certe~~ celre sculpantur
in silice· Scio enim quia redemptor m̄s uiuit.
et in nouissimo die de terra surrecturus sū.
et rursum circumdabor pelle mea· et in
carne mea uidebo dm̄· quem uisurus sum
ego ipse et oculi mei conspecturi sunt· et non
alius· Reposita est hęc spes mea in sinu meo·

R̄ Deus aeterne in cuius humana conditio potestate consistit a nimas
omnium fidelium defunctorum quęsumus ab omnibus absolue peccatis· ut
poenitentię fructum quem uoluntas eorum optauit pręuenta mortalitate
non perdam· ut R̄· Qui in cruce positus latronem sero poenitentem
suscepisti eorum precamur pie peccata dilue· Ut poenit̄.

F̄rs. Sicut portauimus imaginem terreni·
portemus et imaginem cęlestis· hoc autem
dico frs. quia caro et sanguis regnum dī
possidere non possunt. neq; corruptio incor